

A.

123456789

Debrae Hain C. 3

Sacrum Hymenæi Honorem
V I R I
*PLURIMUM REVERENDI, NOBILISSIMI,
Clarissimi atq; Doctissimi*
DNI. AVGVSTINI
SERPILII
Ecclesiæ Lib. Regiæq; Civitatis Cæ-
sareoforensis Germanicæ DIACONI
ut Dignissimi ita Vigilantissimi,
S P O N S I
&
Virginum pudicissima Nobilissimaq;
SUSANNÆ
V I R I
NOBILISSIMI & AMPLISSIMI
Dni JOHANNIS MELTZELII
Civis & Mercatoris Reipubl. Cæsareof.
haud postremi;
Filie Dilectissima
S P O N S Æ
7. Idus Octobr. A. O. R. M. DC. LXVII.
Prosperum felicemq; cupiunt
Amici & Fautores.

Leutschovie, apud Samuelem Brever.

KMK 4405 (Janjex)

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum
(303.19.j)

SS(O)SSO SS(O)SSO SS(O)SSO SS(O)SSO



Aude de tali, castissima Sponfa, marito.
Fida virū thalamo fuscipe, Virgo, novo.
Qualis & Oetæum dilexit casta maritum
Halcyone, Ceyx & redamavit eam.
Æmula Tu castæ mores imitata Sufannæ,
Legitimâ nunquam follicitere fide.
Prospera, Serpili, sint hæc conamina sancta,
Optatam ad metam sint rata quæq; precor!

*Scrib. Amoris ergo, um bono
omine, voto*

M. THOM. GREE
Eccl. Cæsareof. Pastor.

Εὐσεβὴς ἦεν καὶ εὐσεβῆν!

Sic est, SERPILI, Reverende Vir, optime Fautor,
Ceu Litteræ tuæ docent piissima:
Non inter veros homines referendus abhorrens
A legibus, quas dicitur ratio bona.
Hinc homines non sunt, potius sunt aspera saxa,
Qui Conjugum nexus furenter respuunt.
Qui Thalamo junctos, Thalami roduntq; decorem,
Vitam sacrant suamq; cælibatui,
Indicunt bellum Natura, ipsiq; JEHOVÆH
Contrariantur, & resistunt impiè.
Annon instituit sanctissima Fœdera lecti,
Et mandat, ut cum Fœmina sit Masculus?
Utq; placere probei sibi connubialia jura
Creator & rerum Sator Sanctissimus
Post cladem veterum, quam sic vocitamus, aquarum
Legitur novâ firmasse lege Conjuges,
Itiridè rectè facis, AUGUSTINE Verende,
Vehendus immò maximis es laudibus,

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303-19-8)

Quod vent
Ætat
Hac ration
Mor
Deligis è m
Sus
Omnes ut t
Pulch
O fiat, fiat
In To
MELTZER
Is pla

Dei paCe
Dei

VIVA

Currite, Ser
Quotq
Felix, & patria
Quæ n
Vivet mons di
Quem
Non latro trux
Cresco
Hac ruet, hie
Quas

Quod rennas tetricam sine Coniuge vivere vitam
Etate florens, integerq; viribus.
Hac ratione DEI sequeris Decreta, gerisq;
Morem tuis votis honestioribus.
Deligis è multis unam, quam diligis unam,
SUSANNULAM, puellulam MELTZELIAM,
Omnes ut tecum feliciter exigat annos,
Pulebraq; Te faciat Patrem Propagine.
O fiat, fiat! Plura & meliora vovebit
In Töpsche Verbi Præco laudatissimus,
MELTZELIUS, Sponsæ Frater, Reverendus IANUS.
Is plenus est, ut imber undis, versibus.

Hæc ego Litterulis properè respondeo missis,
SERPILIIUM deamans, SERPILIIUMq; colens.

M. ABRAHAM ECCARDUS,
Ecclesia Leibicensis Pastor.

Det pacem IesVs SaLVator & Vbera Sponsæ,
Det quoq; Nestoreos absq; dolore dies!

COROLLARIUM.

VIVant Sponsæ sVb DoMIno IesV faVore
& proteCtione, sVt eX Voto VI.
Vant & sine tristitia!

Idem subijcio
votivâ mente manuq;.

CURrite, Serpilio socialia sacra parantur,
Quotquot ubiq; fovet Töpschica silva, feræ!
Felix, & patriæ nomenq; datura decusq;,
Quæ mensis animans membra secanda dabit.
Vivet mons dignoq; caput protendet honore,
Quem celebrabit in hoc hostia missa sacrum.
Non latro trux, non hunc feras infamaverit hostis,
Crescet at in Sponsi gaudia sacra pij.
Huc ruet, hinc tollet plebs officiosa per ævum,
Quas hilarat cantus vota; sancta, dapes.

A 2

Sic

Regi nyomtaiványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.1)

Sic ego per surdas jactabam carmina silvas,
Adjiciens blandis fulmina dira sonis,
Nil ago: non suaves audit fera bestia nugas,
Pingat ut ingenio Naso vel ipse suo.
Fabula longa fuit; rumpit campana; per ædem
Voces, quæ findunt sidera celsa, sonant.
Fabula vana vale; quæ findit sidera, turbam,
Conjungens votis vota sacrata, sequor.
Adfunt, SERPILI, pia quæ convivia poscunt;
Quàm volo plus audit vota sacrata polus.
Christus adest, Sponsam cui fidus ad æthera ducis,
Quàm cupis atq; capis, plus sacra festa nitent,
Vive, polum planta, Christi; tuamq; per ædem;
Te tua Sponsa beet, te quoq; Sponsa poli!

*Sic in uno omnia dedi Affini dulcissimo,
piâ candidâq; mente gratulabundus*

JOHANNES MELTZELIUS
Ecclesiæ Topfch Pastor.

Scripserat Uranie quondam mea, circiter annos
Ante decem Genesin, Sponse Colende, Tibi,
Ac de Conjugio meminit se errasse parumper,
Cui non hic annus debuit esse sacer:
Sed demùm post hunc Domino qui dante sequetur,
Et bene PentaMetri CLaVDItVr orbe sVI,
Errorem agnoscit, licet excusatio forsitan
Possit adhuc facilis sufficiensq; dari.
Ergo ignosce, rogo! Nam isthoc quoq; ducere pulcram
Uxorem dicunt Astrologi esse bonum,
Quin imò melius, me judice, ducite uxorem
Hoc anno, cui tam sidera cuncta jacent.
Quem Deus Omnipotens largè benedixit ab alto,
Quem tam pacificum fecit & incolumem.

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.j)

2000 1007

Unicum.

Pro quo caelesti sit gloria summa Parenti,
 Illius laudes terra polusq; canant.
 At verò quis scit, qualis post huncce futurus
 Est alius, quæ aut nos fata diesq; manent.
 Omnia namq; ruunt in pejus, & omnia prorsus
 Ad finem properant, degenerantq; simul.
 Sic igitur pulchrè, rerum natura benigna
 Dum favet, anticipas fœdera sacra tori.
 Nec curas, erret non erret docta Matheſis,
 Exornet thalamos dummodo Sponſa tuos.
 Sponſa Susanna, pudica Virago, decora puella,
 Horto ex Melcelio Flos, generosa rosa.
 Eximia egregie gentis stirpisq; propago
 Moravicus Sanguis, nobilis, ingenuus.
 Macete isthac virtute Tuâ, augustissime Sponſe
 AUGUSTINE, nihil cogere quem astra queunt,
 Qui vel in Augusto poteras augustum Hymenæum,
 Et Sponſam augustam letus habere domi.
 Vive igitur par augustum feliciter, omni
 Te beet augustâ prosperitate DEUS,
 Augeat augustæ longissima tempora Vita,
 Augeat are domum, prole piâq; torum!

I.
 AUGUSTINUS SERPILIUS

Anagram:
 Plus assvetus virgini.

Item:
 Virgineus lusus sapit.

Enodatio.
 PRe viduâ cur se societ cum Virgine Sponſus,
 Miraris? Est assvetus is plus Virgini,
 Virgineus sapit Huic mage lusus & oscula. Quare?
 Miraris? Est assvetus is plus Virgini.
 Ergo cui adsvetus plus es, pulcherrime Sponſe,
 Casti pudoris retineas lulum diu!

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum.
 (303-19-j)

Sic felix es, sic merito tibi gratulor inde
Virgine de pulchra virgine deq; pia.
SERPILLI maneat sospes, vigeas, valeasq;
Serpilios alacris progenerare novos.
Vestra petita cadant votis fatiq; secundis
Queis superaddo pias pectore, mente precas;
Dulcis Christe pio qui jungis corcula amore
Hu adsis Sponsis rite vocatus ope;
Sic pia vota fero, sed Tu Pater alme piorum
Votis his pondus fac fat inesse meis.

Scriptit amicâ manu

JOHANNES CONRADI Musnâ
Transylv. Cantor Cæsareof.

Est decus tantum Thalami sacratî
Lausq; nullis ut satis hoc in Orbe
Concelebrari valeat decenter

Verfibus unquam;

Hoc decus sanctum populus malignus
Spernit, & laudat fatuos ameras,
Scorta, quæ nunquam toleravit ipse,

Justus Jova.

Sed beatum te, Venerande Sponse,
Rite cui puræ pia jura tædæ


Perplacent. Coeptis faveat Jhova,
Fausq; donet.

Cordis unius sit amor decusq;,
Unicum cælestis animusq; fiant,

Cuncta his præsentia cariota Ethnys
Sit proci inde!

Ita ex animo precatur

MATTHÆUS BEIGHEL Scholæ
Cæsareof. quartæ Classis Auditor



Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:
(303.19.j)